



Aus Grünberg's Recit.

K. 59. 2.

26.

MEMORIAM  
RESVRRECTIONIS  
DOMINI NOSTRI AC SERVATORIS  
**I E S V C H R I S T I**

PIE SANCTEQVE CELEBRANDAM

INDICIT

ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS

ANNO AB INSTAVRATIONE PRIMO

RECTOR

IOHANNES CASPARVS VELTHVSEN.

—  
PRAEMISSA EST

SERMONVM ELIAE BVSITAE  
CARMINIBVS RELIGIOSIS ANTIQVISSIMIS INTERTEXTORVM  
EX IOBI CAPP. XXXII—XXXVII

PARS ALTERA

QVAE APPARATVM HERMENEVTICVM CONTINET.



ata

---

ROSTOCHII,

LITTERIS ADLERIANIS.

MEMORIAM  
RESURRECTIONIS  
DOMINI NOSTRI JC. SEPARATORIS  
IESA CHRISTI

THE SUNDAY OF EASTER  
AGADINAE LOCOTHESES  
REGATOR  
JOHANNES CATHARAS VELTHAUSEN

SACRAMENTUM ETIABE PAVITATE  
CARMINIBVS REHOCOBVS ANGLOLVCVS INTERTUTIOM  
ANNO 1501 EGDY XXXVII  
PRAE ALITERA  
DABE DUCATU MECMUNICATU CONFINIIS

ROSCCHI

LITTERIS ADVERSARIIS

BRVNSIO. MEO  
ET HVIC CONIVNCTISSIMIS  
GRIESBACHIO. IENENSI  
ATQVE  
SCHNVRRERO. TVBINGENSI  
TRIVMVIRIS  
DE CRITICE SACRA MERITISSIMIS  
QVORVM ANIMOS  
INVICEM. AC MECVM  
BRITANNIA. COPVLAVIT  
CORPORA  
PATRIAEC. COMMVNIS. VASTITAS. DISTINET  
SPES. IOBI  
SVO. TEMPORE. ITERVM. EST. CONSOCIATVRA  
NON. AMPLIVS. DIVELLEND  
CARIS. INTER. PAVCA. NOMINIBVS

JOHANNES. CASPARIUS. AELTHIASSEN

B R A N S I O M E O  
SPICILEGIVM · HOCCE · IOBIAVUM  
QVONIAM · IN · MANVS · TRADERE · NON · POSSVM  
PRO · TESSERA · VETVSTAE · AMICITIAE  
TRANSMITTO  
NOSTRAEQVE · IN · DIES · SINGVLOS · CRESCENTIS  
**FRIDERICAE · FRANCISCAE**  
AMOREM · VICISSIM · EFFLAGITO  
IVRE · MEO  
IOHANNES · CASPARVS · VELTHVSEN

Ίδον, αὐταρέγω οἵρονται ἔτι μικρὸν, προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μου.

Fragmentum *glossae Iobianae*, ap. LXX, loco, (ut videtur) alieno insertum,  
et nunc quidem extans IOB. II, 9.

**R**evertitur faustissimi omnis dies, dulcissimum mentibus variis  
moerore afflictis solatium afferens et instauracionis amicitiarum fataliter disruptarum spem certam inducens. Non mortali-  
tati nati sumus. Ne corpus quidem totum interitum est; novo  
flore induendum regerminabit. Vitae perennantis ac juventutis  
renasciturae pignus nobis obtigit: *Vita et Resurrectio Servato-  
ris, ad recuperandam gentis humanae salutem defuncti.* Hac  
fiducia (ut ut umbris suis olim involuta) freti, ab antiquo cultores  
veri Numinis probatores leto propinquo obviam ituri triumphabant.  
Et quanquam dolorum graviorum vehementia oppressi  
querelis interdum plus justo indulgebant, *oraculorum divinorum  
fide innitentis spei radices altius infixae sedebant in animis  
eorum.* Ita IOVS, cuius loquela \*) , ista scribens, meam ha-  
c tenus feci, sentiebat. Ita ELIAS VSITA, aequo in consolando  
ac defendendo, quam humaniter redarguendo et comiter in rectum  
tramitem reducendo viro annis meritisque venerabili occupatus.  
Is enim pariter *Vindicem ab interitu moribundos servaturum,*  
quem se exspectare maxima contestatione \*\*) professus erat IOVS,

A 3

\*) XIX, 28. 27. XVII, 15. 16. XIV, 14. 13. XVI, 18. 19. 20.

\*\*) XIX, 21—24.

O si perenni traderetur posteris

Oraculum volumine!

Tabulis legatur sermo scriptus plumbis,

Nudisve scalptus rupibus!

illi promittit: hac tamen lege, ut ne arrogantius in sua gloriaretur virtute, nec omnem restituenda in vita praesenti felicitatis probabilitatem nimis pertinaciter negaret. Siquidem ad haec fere capita redire animadverto *argumenta ELIAE BVSITAE.*

*Neque simpliciter dammandus, neque post tam audaces in summum Numen querelas prorsus innocens habendus erat IOBV.* — De vita vel in hac tenui conditione proroganda nunquam penitus desperare oportet homines vero Numini devotos. Etenim moribundos DEVS haud negligit. In ipso potius mortis articulo pie confidentibus propitium se praebet; idque tanto magis, quum non desit periclitantibus *Intercessor Paracletus* \*), caussae illorum patrocinaturus *in judicio tremendo* \*\*). Hinc usu evenire cernimus haud raro, ut misericordia commotus praesentissimam DEVS mortem iterum iterumque defendat ab hominibus, et jam nil nisi aeterna sperantes nec opinato in hanc vitam retroducat. Oppido falluntur, qui hujus vitae calamitates semper criminis aut aperti aut saltem occulti indicia iratique Numinis signa esse et pro poenis habenda imaginantur: siquidem paterno ac prudenti consilio DEVS saepenumero ad castigandos, corrigendos, admonendos pios, novosque virtuti illorum stimulos suffigendos, in primis autem a superbia eos prohibendos his, quorum Ipsi fides maxime probatur, casus adversos immittit. Interea nefarium foret facinus, Iudici potentissimo, eique judicium aequissimum exercituro in cunctos tempore opportuno, quasi ultiro in vultum sese intrudere: idque minime omnium decebit illum, cuius alioquin et persona et aetas reverentiam excitant caeterorum. Quo autem potentior est


DEVS,

\*) Hac voce Chaldaeus XXXIII, 23. usus est, pro γίλος.

\*\*) XIX, 29. Conf. SYR. et AR. ad XXXIV, 36.


DEVS, tanto Ille minus injuria quemquam afficiet; id quod sine flagitio cogitari nequit. Quare si cui forte interdum ex nimia sive animi levitate sive dolorum vehementia tantum in se admis-isse delictum contigerit, eum omnino in mortis articulo constitutum oportet de sua ipsius virtute desperare, et spiritibus submissis ac supplice prece ad clementiam aeterni Iudicis confugere. Hanc pietatis sincerae modestiam praemia sequuntur et fructus certissimi. Etenim non Sibi aut Suo commodo justus est DEVS, sed ex commis-eratione erga vi oppressos, qui auxilium supremi Vindicis implorant, injuriarum Punitor existit: verum tamen ne in atrocissimis quidem vexationibus, ab homine homini identidem infictis, statim ad conterendos scelestos advolat, sed sapienti consilio tum laborantium consolationem ac liberationem a periculo, tum vio-lentorum ultionem differt in alteram vitam. Igitur multo minus in calamitatibus, quas Ipse consulto immisit mortalibus, quam hi de injuria fibi facta temere conqueruntur, ab Eo exspectandum est, ut illico commonstret providentiae Suae justissimas rationes; potius exitum patienter opperiri decet *humilitatem nostram*. Caeterum quo quis altiori fastigio a DEO collocatus est, tanto ei magis convenit, submisso erga vitae fortunaeque suae auctorem animo esse. Nam Sua natura non potest non arrogantiam aver-sari supremus rerum humanarum Arbiter. Itaque insolentiam potentum calamitatibus variis ac saepe improvisis frangi videmus. At vero ne tum quidem pro poenis semper habenda sunt afflictio-nes illorum; sed hos quoque DEVS paterna correctione monitos ad frugem bonam reducere studet, atque animo submisso Numi-nis gratiam implorantes ad sperandam salutem benignissimis pro-missis excitat.

Haec



Haec ut ad IOBVM applicentur, omnino de pietate viri gravissimi, si recentissimam istam arrogantiae nimiae temeritatem exceperimus, honestius, quam factum fuit ab amicis altercantibus, praedicandum erat. Virtuti innumeris documentis egregie comprobatae stimulos DEVM addere voluisse apparet. Interea IOBO in illa suavi pietatis suaे conscientia, quanquam tot tantisque malis concusso, haud fuisset de restituenda forsan vel hujus terrenaе conditionis felicitate ac vita sua *per clementiam DEI* proroganda, *tam pertinaciter* desperandum: quippe quo graviorem fortunae vicissitudinem subierat, eo probabilior exsistebat propinquae conversionis et citissimi auxiliи divini fiducia. At ista animi elati arrogantia ante omnia ei erat deponenda. Itaque diligentius considerare illum oportebat: hinc, 1) summum Numinis potentissimi arbitrium et in homines ab Ipso procreatо jus perfectissimum; illinc, 2) haud perveftigabilem scientiae nostrae limitibus infinitam occultorum consiliorum divinorum sapientiam; isthinc, 3) reverendam *Gubernatoris altitonantis majestatem*, quae tremorem, necesse est, incutiat arrogantibus, — — ita ut *vana fuerit spes de spectando Numine confidentium, nisi animo submissо ad Ejus clementiam confugiant.*


Ecce, CIVES ACADEMICI, *philosophiam DEO dignam*, et SEMINA RELIGIONIS, qualem, non arte humana inventam, sed *consilio* sapientissimo ac *vere divino* multis retro seculis *plantatam*, jam pleno flore et fructu largissimo splendere animadvertisimus per orbem terrarum!



## VINDICIAE INTERPRETATIONIS.

---

IOB. XXXII, 2. — **N**omina אֱלֹהִים, אֱלֹהָיָה, et אֱלֹהִת, tantummodo  
levi pronunciationis discrimine differunt, ex אֱלֹהִים חָוָא. (DEVS meus  
IEHOVA est; Ille, qui vere EST; DEVS meus IAH, HV;) prae-  
fertim si punctatur. Sic Elijahu, I REG. I, 15. 17. II, 1. 2.  
XXI, 28. et Elijah, ib. I, 3. 4. 8. Ex אֱלֹהִים חָוָא (Dominus meus  
IEHOVA est,) Adonijahu, ib. I, 8. 9. et Adonijah, ib. 5. 7. (Addo  
ישׁעַרְיוֹן, Salus mea [Servator meus] Iah, Hus; צַדְקָה, Iustitia mea [Vindex  
meus] Iah, Hu; rell.) Erat autem חָוָא. Hu, (ex verbo antiquo  
אֵחָזֶה, pro הָוָה l. היה pro הָוָה r. היה) nomen divinum τῷ Ιαβοχ, (IAΩ, Ieho-  
va, Adonai,) pro יְהוָה, (EST!) tam propinquum, quam illud ex eodem  
contractum יְהָוָה (Iah, Iehova.) Iam celeberr. DATHE ad IES. XXXV, 8.  
ex VRIEMOET. ad Dicit classica V. T. vocem ων, Hu! (Ille! l. EST!)  
pro nomine DEI ponit in precibus Arabum, observat; recteque ad IES.  
XXXIV, 16, transfert, ubi LXX pro ων (quasi σόμα αυτοῦ)



praecepit, substituerunt, (neutiquam יהוה legentes,) ὁ Κύρος ἐντείλατο, istam significationem (etiam in IES. XLI, 4. et PSAU. CII, 28. quadrantem) applicat. Confirmat rem S. V. LVEDEKIVS in *descriptione regni turcici*, (Beschreib. des türk. Reiches, Theil II. Seite 54.) ubi *Bethaschytarum*, quod monachorum genus est apud Muhammedanos, morem commemorat, identidem in precibus suis exclamantium: *Hu!* et illud in lingua arabica *synonymon* nominis DEI esse annotat, quo significetur: *Qui est!* Addi potest frequentissima ista in *Corano* (v. c. *Sura III*, 2. 6. et bis v. 18.) phrasis: *Non est DEVS, nisi HV!* (هُوَ), pro qua ib. III, 61. occurrit: *Non est DEVS, nisi DEVS! (Allah.)* Ut appareat, vocabula *hv* et *Allah*, ﷺ, (DEVS) vere synonyma esse. Vtrum autem auctor libri, qui videtur ad aetatem EZECHIELIS \*) proxime accedere, simili prolepsi, ut MOSES mentionem IEHOVAE in pristina historia faciens, nomen serius inventum anticipaverit, an vero, quum appellationem DEI inter patriarchas usitatiorem et tempori, ad quod fata IOBT referuntur, convenientissimam SCHADDAI frequentius, quam alii scriptores, adhibeat, nomen hocce per orientem divulgatum, *hv*, (*ille, qui est!*) vel ipso tetragrammato *Mosaico antiquius fuerit?* jam aliis dijudicandum relinquo.

v. 6. — זְהָל hebr. *serpere*, — arab. (c. *Se.*) *tardo* fuit incessu.

v. 9. — Pro זְקִנִּים.

v. 13. — נֶרֶף hebr. *dispellere*. ps. I, 4. — arab. *concussit, vehemente propulit.*

v. 14. — Ab *instruenda acie, instruendo exercitu.* Conf. XXXIII, 5.

v. 15. — פְּנֵי Hiph, *transferre, et, transferri, discedere:* Verba ab illis *discesserunt.*

v. 16. — Muti *adstant; quasi attoniti.*

v. 17. — Meam *partem, i. e. meo ordine;* quum *partes dicendi ad me jam devenerint.*

\*) EZECH. XIV, 14. 20.

v. 18.

v. 18. — Spiritus ventris mei me coarctat. Demta levi ipsarum linguarum discrepantia, non immoderatio est ista locutio, ac si pedus sibi iis, quae in medium prolaturus sit, vehementius commotum et penetratum dixisset. Conf. v. 20. et ad XXXIII, 2.

v. 21. et 22. — כְּנָה hebr. Pi. nomine alterius aliquem cognominare, arab. בְּנֵי alio quam proprio nomine rem notare, metonymice loqui.

XXXIII, 2. — De palato valet observatum de ventre ad XXXII, 18:

v. 6. — Quae nunc tibi contigerunt, pariter mihi quoque continere potuissent et adhuc possunt. יְרַק arab. secare. LXX, Ex limo διηγηται σὺ ὡς καὶ ἐγώ, formatus es. Vulg. formatus sum.

v. 7. — אֲכָל Prov. XVI, 26. (ubi SCHVLTENS.) arab. אֲכָל clittae; אֲכָל, 4 conj. clittellas imposuit. Chald. וְתוֹנִי et sarcina mea.

v. 9. — קְפַת arab. levis fuit pondere, celeriter invasit. (Res describitur HEBR. XII, 1.) LXX, ἀμεμπτος, irreprehensibilis. Vulg. immaculatus.

v. 10. — נָנוֹן pro נָנוֹן ar. grave accidit illi (malum, onus.) NVMe XIV, 34. (ut nos: Was ich euch zur Last lege.)

v. 11. — רַס ex ar. (רַס pro ס secundum regulam,) רַס constrinxit, ligavit. LXX ξύλων. VULG. nervus.

v. 12. — Vt nos: Unrecht haben. (v. Exercitationes in IOBV, §. 10, not. e.)

v. 14. — Non iterum perflustrat opera sua; solum decretum sufficit ad perfectionem: quidquid summa sapientia decernit, illud non potest non optimum esse. KOHEL. III, 11.

v. 15. — Conf. IV, 13.

v. 16. — Multi codd. KENNICOTT. plene, וּבְמֻטָּרֶת, quod pronuntiaverim מַשְׁרֵט. — Codd. aliquot etiam יְהֻתָּה plene, (LVTHER. τοὺς LXX secutus, ex γένηται,) XXXVI, 10. 15. (XXXVII, 7.) arab.

cum ḥ obfignavit, confirmavit; c. ḥ, coronide clausit, absolvit, ad finem perduxit. Ergo ad litteram: *Correctionem disciplinae illorum perficit.*

v. 18. — *Retinet a corruptione.* — Ne in telum (MORTIS) incurrat, XXXVI, 12. Mortem hosti comparat Liber IOBI, e. g. XVII, 16. Pulverem prosternemus; (Spe mea sustentatus prosternam;) XIX, 25. oppugnabit Pulverem. Ergo sensus: *Praesentissima vitat pericula avertit.*

v. 19. — *Cthibh רְבָה* praferendum: *Lis ossium, quasi bellum internum.* (XIV, 14. tempus luctationis.) אִירֵן, ex יְהֹוָה, ar. Ἰησοῦς, perennis, i. e. continua luctatio. Apte DOEDERLEINIVS: (ad GROTIUM:) et diffidium ossium ejus perpetuum.

v. 20. — *Nausea*, a foetore; בְּזַבְבָּה ar. (c. Se.) syr. chald. foetuit, e. g. בְּזַבְבָּה de foetido odore, MICHAELIS Chrestomat. syr. pag. 38. (lin. 2.)

v. 21. — שֶׁבֶת Py. eminere. שֶׁבֶת locus eminens. Cessa prominentia.

v. 22. — Quanquam complures codd. לְמִתְיָהִים pronuntiationem masoreticam ex Hiph. confirmant, magis tamen quadraret, ex מִתְיָהִים (ap. IER. et EZECH. de caede cruenta \*), לְמִתְיָהִים.

v. 23. — צְלִיל, vid. Exercitationes, pag. 102. not. bb. (Vocabulum *Mediator*, quo jam usus sum in *Unterhaltungen*, vol. VI. Hamb. 1768. pag. 281. deinde etiam in versione MICHAELIS adoptatum, dudum in notis SCHVLTENSII occurrit; vim vocis DOEDERLEIN. pulcre expressit synonymous: *Intercessor.* Chald. פְּרִקְלִיטָה, Παρέκκλησις. — אַחֲרָה, singularis, v. *Exercitat.* Potest etiam ex usu numeri cardinal. pro ordinal. (pro רְאשָׁנָה) explicari, *Primus Legatorum caelestium, Angelus princeps, Αρχάγγελος.* — מִנְיָה, vel *prae millibus.* CANTIC. V, 10. — רִשְׁרוֹ — vid. *Exercit.* Adde MATTH. VI, 33.

v. 24. — פְּרֻעַh differet a פְּרָה; vid. *Exercit.* — שְׁחָתָה, non foveam tantum, sed ipsam corruptionem denotat, e. g. PS. XVI, 10. ubi MICHAEL. Colleg. critic. in 3 Psalmos de Messia agentes. Quod tanto magis hoc quadrat,

\* Comparetur cum 125. LIII, 9. מִתְיָהִים.

drat, quia de corporis mutatione sermo est. Ergo phrasis non cogit nos, ut mortem naturalē intelligamus. Conf. Exercit. not. s. pag. 87. seqq. De Lytro vid. ad XXXVI, 18. observanda.

v. 25. — שָׁבֵר, vid. Part. I, hujus commentationis, not. ad Epilog. pag. 21. sq. — עֲוֹלָמָן, ar. adolescens plenae aetatis. — Memorabilis est sententiae analogia in glossa LXX PSALM. XXVIII, 7. ἡγέταιλεν ή σάρξ μου, restoruit corpus meum.

v. 26. — רְצַח ex ar. רְצִינָה, N pro 1, contentum esse aliqua re, gratum et acceptum habere aliquem. Inest satisfactionis notio; conf. IES. XL, 2.

v. 27. — רְשִׁיר ar. (ψ pro ψ sec. regul.) lenis et facilis fuit; 3 conj. lenem ac facilem se praebuit erga aliquem. (DEVTER. XXXII, 4.) Itaque יְשִׁיר pronuntiandum arbitror. CHALD. hominibus rectum (i. e. aequum) se praebebit. SYR. et redditudinem (i. e. aequam sententiam) erga homines dicet. Vtique ψήφιον (synonym. τρούχηστρον) vertit. AR. et propitia (faventia) erga homines dicet. Nemo horum ex שָׁוֹר, sed cuncti ex יְשִׁיר.

v. 28. — De תְּהִרְשׁ vid. ad v. 24. — בְּרָחוֹת c. ב, [XXXVI, 25.] vid. Commentar. ad CANTIC. III, II.

v. 29. — Retinui Dualem, quanquam Pluralem (faciliiori flumine) פְּעֻמִּים Cod. Regiomont. I. De-Rossian. 589. et LXX, THEODOT. SYR. VVLG. AR.

v. 30. — לְהַשִּׁיב ante infin. sc. הַיְהָ, vid. Cramers Kiel. Beyträge, tom. 2. ad Cantic. Ezechiae, IES. XXXVIII, 20. — Pro לְהַנְּזִיר, inf. Niph.

XXXIV, 6. — Respicit ad XXIV, 25. Fortasse Niph. בְּאֶפְכָּה; mendacii convinci, PROV. XXX, 6. aut Piel εμφατικῶς, In mea ipsius caussa mentiri cogor. — Immedicable vulnus. — Tela corpori meo infixa mecum gero, IOE. VI, 4. ps. XXXVIII, 3. Vnde aliquid lucis redundat in 2 COR. XII, 7.

v. 7. et 8. — Ecquis vir gravis, qualis esse IOBVM fatentur omnes, similem morem iniret, quem profani sequuntur? — — Itaque mentio nominis, „ut Iobus,“ (talis vir, qualis est Iobus,) emphasin continet ac venerationem indicat, ad emolliendam comparationem tantummodo obliquam et indirectam, non accusationis, sed verecundae admonitionis caussa adhibitam. — — „Ab sit (v. 10.) a viro tam pio tam atrox delictum!“

v. 10. — חיללה ex נָהָר profanum, נָהָר profanare: Ab sit! (vid. ad v. 7. et 8.)

v. 11. — Via et morem agendi, et fortē significat: „Pro via, quam quisque inire gestit, [DEVS] eum (virum) invenire jubet (viam).“

v. 13. — ארץ, pro חָרֶב, Hebraei interdum per chaldaismum vel emphaticum in fine vocis pro ה demonstrativo ponunt, unde e. g. IES. VIII, 23. bis: הַתָּרֵא Sebulon, terra Naphtali, regiones olim vilissimae, insignem nominis claritatem consequentur ex nova illa luce ab hoc tractu Palaestinae exoritura. — Conflituere, i. q. fundare, IES. XLII, 4. Ius DEI (Religio) in orbe terrarum fundatum ipi dicitur. (Θέμενος τὸν λόγον, κ. τ. λ. 2 COR. V, 19.)

v. 14. — Securus sum in quatuor primis vocibus explicandis acutissimum SCHNVRREVM, qui Animadversionum ad quaedam loca IOBI fasciculo II, quoniam in altero hemistichio vox אלין sine dubio ad DEVVM pertineat, eodem illam concinnius primo etiam loco referri moner, et sic vertit: Si DEVS Sui unius curam habens spiritum suum halitumque (omnia animantem, ps. CIV, 30.) ad se retraheret; expirandum esset rebus animatis omnibus. Quae verba illustratus ita pergit: „Si DEVS Sibi soli vivere velit, brevi omnibus pereundem fore.“ — Ego tantum protasis ad quatuor ista vocabula restringendam, et statim ab altero commatis nostri hemistichio apodosin incipere putaverim: Si ad Se animum suum (curam suam) dirigeret: (si unice ad Se animum attenderet \*), si in Se solo mentem defixam teneret;) tum recepturus

((c.

\* Phrasis לְבָבְךָ שׁוֹמֵן vulgo significat: animum attendere ad aliquid.

(l. collecturus) \*) effet ad Se spiritum suum cuncta animantem. Etsi enim haud incommode נְאָנָה ante ex praecedenti repeteres, fluminis facilitas probabiliter effecisset וּרְוֹזֵחַ, si ad protasim pertineret.

v. 17. — Ita חֲבָשׂ ar. (שׁ, ut vulgo, pro וׁ) jure suo aliquem defraudare. (l. ut CASTELL. EX GIGGAEO, inique debiti reum fecit, inique lucratus est.) 5 conj. spoliavit. Qui juris principia aliorumque de moribus suis judicia spernit, ille, quum opprimere vult, non ad artes imbecillae fraudulentiae insidiosas confugiet. Multo minus DEO insidiae tribuendae! Respicit ad XXXIII, 10. 11. XIII, 27.

v. 18. — Itane dicere? Infinit. Ergo non opus est, ut puncta mutantur in הַאֲפָר, etsi ita LXX et VULG.

v. 19. — נִשְׁתַּחֲוֵד, oppos. השִׁיבָּנִים repellere faciem, I REG. II, 18. 19. — IES. XXXII, 5. tenaci (כִּילִי, v. 7.) eo modo opponitur, quemadmodum in parallelismo scelestus (נְבָלֶה) et Liberalis, (נְרוּבָּה) antithesin efficiunt.

v. 20. — Removebunt, impersonal. i. e. removebitur. — Non manu (humana), i. e. divinitus, ex providentia Numinis. DAN. II, 34. 35.

v. 22. — צְלָמֹתָה, στοιχία θεατών. v. Exercit. ad IOB. not. s. — PS. CXXXIX, 8. 11. 12.

v. 23. — Non constituit contra homines diem, quo in judicio apud DEVVM se sistere debeant. שָׁעָר (ar. redire, unde ps. CXLVI, 9. Pi. in statum felicitatis reducere, in integrum miseros restituere,) convenit cum arab. (מעאר, locus ad quem redditur perveniturque,) לְחַלְקָה (Locus quo hominibus creaturis revertendum est,) vita altera, seu, dies judicii extremus. GOL. EX GIEVHAR. (Faver vers. 26. Locus Spectatorum.)

v. 24. — Sine scrutatione, absque formalis actionis institutione, (ohne förmlichen Proces,) ut decet majestatem summi Domini. Pro summo

\*) קְסֻן colligere, contrabere e. g. splendorem, IOEL IV, 15. Sic de halita ps. CIV, 29.

mo et absoluto suo, quanquam justissimo, arbitrio agit. — כבּוֹר, ar.  
corpore, opibus praevalens.

v. 25. — הַפְּנִים intransitiv. ps. LXXVIII, 9.

v. 26. — SYR. et AR. (neglecto סָבֵד, et ex יְרַאֲנָה, retenta praepositione תְּחִתָּה) et prosteruntur propter (תְּחִתָּה) iniquitatem operum suorum in loco tremendo. Ergo רְשִׁעָה ex רְשִׁעָה (malitia): Propter malitiam eorum percutit illos in loco spectantium. (vid. ad. v. 23. Publicum judicii extremi spectaculum. Sic דָּרָאָן IES. LXVI, 24. ὡς ὄγαστιν. coll. FAN. XII, 2.)

v. 27. — Ex phrasि חַלְלָה אֶחָדָר, DEVM cultu prosequi, ejusve mandatis obsequi. (vid. Commentar. ad CANTIC. I, 4.) — השכִּיל attendere.

v. 29. — Scite SCHNVRER. ex צָרָר, ar. (c. לְעֵל, irasci in aliquem,) יְמִידָר futur. Addo autem significationem arabicam: castigare, animadvertere in aliquem.

v. 30. — מְנֻטָּה privat. ante infin. (I SAM. XV, 23.) — חַנְקָה (XXXVI, 13.) arab. loripes fuit, claudicavit; in religione claudicare, religionem mutare: quod hebr. malo sensu de hypocritis; arab. bono sensu, de abjicienda superstitione gentilium. h. l. ambiguitas ista animique duplicitas IAC. I, 8. descripta intelligitur. — [Vnus] ex laqueis populi. שְׂקָפָה, σκάνδαλον, saepe hebr. irritamenta malorum, peccandi occasiones, (DEV. VII, 16.) deinde vel ipsos illos, qui aliis suo vivendi more irritamentum peccati praebent, denotat. Ita Ios. XXIII, 13.

v. 31. — Puncta appono, et verba sine interstitio antiquitus scripta sic conjungo: אֱלֹהָי אָמַר, (Nomen Eloah frequentiss. in libr. IOB.) Nam apud DEVM (in praesentia DEI, ad deos נְלִיחִים adductus, i.e. juratus) dicit. — Cogitata vividum hebraeorum ingenium tanquam verba pronuntiata repraesentat, v. c. PROV. I, 11. LVC. XII, 19. — Traditum jure meo tanquam mihi concessum accepi, tanquam Meum mihi vindicavi. (Si quis v. c. depositum vel mutuo datum retineret; aut Pignus reddere nolens, cessionem seu donationem praetexit.

v. 32.

v. 32. — בְּלֹעַדִי! 1. Quid mea refert? (Quid hoc ad me?)


Verbotenus: *Nihil ad me!*) GEN. XIV, 24. XLI, 16. — *Videbo*, tunc  
litis periculum subiens superior sis evasurus? — *Testibus convinci volo.* —  
*Quod etiamsi causa cecidero*, quid tum? *Pollicebor*, me *delictum*, cuius  
*convictus fuero*, in posterum *nolle repetere!* — *Abiectissimi animi exemplum*,  
in gente rudi haud infrequens. *De restituendo compensandoque*  
*rapto nihil.* Non animadverrit flagitiosus iste internam facinoris turpi-  
tudinem. *Sensum honesti nullum prodit.* Modo ne in judicio testibus  
constitutis publice convincatur, innocentem se putat: et si in lucem protra-  
herentur crimina, sufficere arbitratur confessionem propositi de non ite-  
randis. Atque hujusmodi plebejos homunciones regno antiquitus poti-  
tos esse hodieque (praesertim inter populos orientales) potiri, quis est  
quem fugiat? Ergo *ad naturam expressa* est horribilis ista *vita humanae*  
*imago*, et aculeum carmini subdit in fine collocata. Igitur inde a *vers. 33.*  
*jam applicationem* dictorum ad statum controversiac exspectandam, adeo-  
que cum aculeata ista descriptione canticum nostrum concludendum esse  
apparet. Totum autem carmen in hanc denique sententiam desinit.  
Scilicet: Non solum, quod, ab illis triumviris parum consideratum, IOBV  
identidem perseveranter contenderat, plenam ac perfectam justitiae di-  
vinae manifestationem ad alteram vitam instansque post mortem *judicium*  
*futurum* pertinere, quare et flagitosissimorum abiectissimorumque homi-  
num triumphantem fortunam, et cum miseria colluctantium pitorum ca-  
lamitatem ad ultimum usque hujus vitae terminum, salva sua justitia, to-  
lerare posse aeternum Iudicem; sed etiam, quae res a IOBO non satis  
considerata erat, diem administrandae justitiae patienter ac modeste opperien-  
dum, nec ita DEO actionem intendi fas esse, ac si debitum ab EO exigere  
liceret mortalibus!

v. 33. — vid. ad vers. praeced. — □ y e. g. apud DEVM

[2 THESS. I, 6.] בְּלֹעַדִי I SAM. XX, 9. (pro qua particula v. 13. נָא)  
de sententiis et decretis; ut Latinis, cum animo suo volvere, e. i. g. a. —

C

Quasi



Quasi **הַבְשִׁינֵךְ**, Num in oculis tuis? ut tibi videtur. Ita XXXVI, 4. apud te, i. e. ex tua sententia. — Ergone ex tuo arbitratu ilius [quod poscis ab EO,] solvere [tanquam meritum] debet? Immo potius [beneficiorum multitudine] Ipsi devinctus, praeteritorum favorum obliviscens,] jam [urgendo jus tuum] spernere videris [gratiam humilibus supplicibusque ultro oblatam]. Duram hanc esse sententiam fateor; sed tua culpa! Sponte elegisti! Ego quidem invitus ita judico. — *Ista omnia pulcherrime quadrant in statum controversiae accuratius formatum.* Ergo PERSONA ELIAE BVSITAE ab his, qui garrulum perversae daemoniciae (nescio, cuius?) jaclatorem sibi fingunt, inique taxata est. Conf. Praefat. ad Part. hujus commentationis priorem.

v. 34. — Alterum triumviris, alterum IOBO suo dictum voluisse patet. Quanquam IOBVM haud prorsus excusabo, (v. 35.) tamen virum probum esse contendeo. (v. 36)

v. 36. — **אָפִי**, pro **אָפִי**, (tantummodo quod, nur daß jedoch,) attamen, i SAM. VIII, 9. LXX, οὐ μην δὲ αἴσθα, quae particula apud eos frequens pro verumtamen occurrit. Videatur BIELII Thesaurus, liber utilissimus atque philologiae sacrae cultoribus per quam necessarius, quem soleritia MVTZENBECHERI, viri S. V. et in hac quoque opera meritissimi, blattis ac tineis alioquin in pastum cessurum ex scriniis in lucem publicam protractit. SYR. *Vere probatus constabit ad finem, et non annumerandus inique sentientibus, [computandus inter viros iniquitatis.]* AR. *Vere IOBV jam dudum experimentis probatus est post tempus, [longo abhinc tempore,] et non annumerandus est hominibus hypocritis. (Hypocritam, vocabulo designavit Arabs, quod proprie latibulo prodeuntem significat.)* Accedit cod. MEERMANN. Rotterodam. 2. ap. KENNICOTT. 245, ab a. C. 1290. cuius primitus scripta lectio, quae fuisse dicitur, probabiliter **אָפִי** fuit, certe non erat **אָבִי**. — **נְכַחַר** (de metallis, virtute, rell.) *probari, probatum esse;* unde partic. aurum, argentum *experimento probatum, δέμιπος.* — *Responiones, accusationes; respondere contra aliquem, frequens phrasis.*

Signi-

Significatio vocabuli ex דבר, (*reddere verbum, respondere*) petita. LXX sec. MS Alex. αἰταπόκρισις. MS Vatican. ἀπόνεμα. CHALD. תְּוֹבֵחַ responsum, vt XXXII, 5. 3. nam in *Polyglottis* minus apte conversionis notio substituitur. (SYR. et AR. ex falsa lectione אל-חַשְׁבָּת, ne eum numeres) — — Dura LVTHERI versio: *Mein Vater! laß Hiob versucht werden bis ans Ende, darum, daß er sich zu unrechten Leuten kehrt; quae versio, ni fallor, admodum multis viris doctis, ipsis quidem parum animadvententibus, suspicionem contra boni Eliae humanitatem injectit; et a lectionis veritate, et a grammatica nimis longe recedit.* Eundem effectum ad corrumpendos in praejudicium *humanissimi* nostri oratoris interpretes IOBI, tribuerim VVLGATAE versioni, perinde ex falsis litteris conflatae: *Pater mi! probetur Iob usque ad finem! ne desinas ab homine iniquitatis!* Quasi scriptum esset: אל-חַשְׁבָּת מִנּוּשׁ! —

v. 37. — כִּי adversativ. *At vero!* — manibus *plaudere*. — Multiplicat verba, multitudine verborum abutitur.

XXXV, 2. — *Recte*, PROV. I, 3. — Iustitia mea *prae DEO*, i. e. צַדְיק אָנוּי מֶלֶךְ, *Iustior sum DEO*; ita VVLG. *sive, prae [iustitia] DEI*, (Caussae meae *iustitia praevalet contra DEVIM*, ut potè *injuria me affici*entem. XXXXIV, 5.) *Prae DEO* jus mihi competit.

v. 4. — vid. ad XXXIV, 34.

v. 5. — Nubes altitudine te superantes.

v. 6. — *עשָׂה* (e. g. חֲסִר, מִשְׁפָּט, טֻוב, צַדְקָה, caet.) *exhibere*. h. l. Quam gratiam Ei referes? Quo factō compensabis?

v. 8. — Ad hominem tui similem, ad pares tibi conditione, non ad Numen excelsissimum pertinet tua, *sive probitas sive improbitas*.

v. 9. — *Prae multitudine vi oppressorum faciunt clamare*, i. e. clamores excitantur; *impersonal.* conf. v. 12.

v. 10. — שְׁנֵי, forma plural. ut IES. LIV, 5.

C 2 in v. II.

v. 11. — Dicitur h. l. non *prae*, sed *ab* animalibus petendam doctrinam indicat. XII, 7. (coll. 9.) *Animalia te docebunt.* (Scilicet, *Esse Aliquem, qui sua potentia res cunctas procreaverit.* Nam de bello omnium contra omnes, aut jure fortioris, nisi ex recentiori lectione adhaerentes ingenio memoriae aut phantasiae vivaciori imagines in librum antiquum intruseris, ne jota quidem in illo sermonis contextu! vid. et v. 10. coll. v. 4.)

v. 12. — *Ibi!* (emphaticē,) in ista terra (hos. VI, 7.) beneficiis DEI plena. — *Clamat* (oppressi), s. impersonal. pro, clamores extantur. vid. ad v. 9.

v. 13. — *Frustra* (ps. CXXVII, 2.) non audit, i. e. Non audit *frustra*. Sed magis emphaticē vox *Frustra* ab initio. (Audit, idque non *frustra!*) Ante alterum hemistichium particulam *Frustra* repeti oportet. — Nomen שׁוֹר (ar. שׁוֹר, pro רְאֵשׁ, superiores regiones ascendere,) huic loco congruentissimum. Compara descriptionem ps. XIV, 2. IES. XL, 22. — Observat illud; *Femin.* pro neutr. ut נָתַן; i. e. istos violentiae excessus.

v. 14. — Non spectabis (spectabunt homines) Eum. Quanquam autem tibi Ille non ante oculos versatur, Ipsi tamen Dies Iudicii versatur ante oculos. Nos interea decet patienter exspectare, dum veniat. I PETR. III, 9. 12. HABAC. II, 3. TIT. II, 13. (Compara cum loco extremo fragmentum glossae Iobianae huic alteri commentationis nostrae sectioni inscriptionis loco praemissum.) — Iterum *vis sententiae* (Conf. dicta ad XXXIV, 32.) legentem, vel *cantantem* \*) potius, admonet cogitque in his verbis terminum carminis animadvertere, et quae nunc sequuntur commata, pro verbis *ELIAE* habere,

v. 15. — Quia iraeundia Ejus non poenas infligit; i. e. quia non ex fervore ebullientis animi, sed ex deliberato consilio punit, poenasque differt; (quia non ira, sed sapientia est, quae punit;) — et non agnoscit (distinguit) copiam fese diffudentem admodum; i. e. multitudinis delictorum rationem non habet; (vel unicum facinus eandem, quam innumera scelerā,

\*) vid. *Introduct. Commentar. in Cantic.*

feclera, animadversionis severitatem requireret.) — hinc est, ut licen-  
tius animi sui motibus (v. 16.) indulgeant mortales. — De voce פֹּשֶׁ  
leg. Not. sub finem partis *prima* ejus schediasmatis. Respicit autem  
*Multitudinis* mentio ad introitum carminis, v. 9. רְבָים et רַוב.

v. 16. — הַבֵּל (ab halitu s. vapore) *inaniter*. XXI, 34. — In defedū  
intelligentiae, imprudenter, [XXXVI, 12. nec opinato] verba multiplicat.  
Nam *verbosiorē* dixerat XXXIV, 37.

XXXVI, 2. — כִּתְרָה — *Pi*, chald. et syr. *Pael*, exspectare, morari. c. ל, ut חֲכָח:

v. 3. — *Proferam* e longinquo, ex principiis suis.

v. 4. — Integer sententiis [ero] apud te; i. e. ex tuo ipsius arbitratu; te ipso *judice* sententias haud reprobables in medium proferam.—  
De particula י — dixi ad XXXIV, 33. — *Pluralis* I SAM. II, 3. רְדֻוָתָה i SAM. II, 3. quanquam non obloquar, si רְעִתָה pronuntiare malis. Conf. tamen רְשִׁיעָה XXXVII, 16.

v. 5. — וְלָא, interrogativ. I SAM. II, 3. *Cthibh*. (IEHOVA est DEVS infinitae scientiae; nonne ergo facta humana justa lance libra-  
rentur?) — Praepotentes potentia cordis, sunt, qui suo *animo* [לְבָב, v. 13.] potentes sunt, imbecillitatis humilitatisque sua obliiti; ut, נְשָׁבָרוּ לְבָב, qui vulnera sua *sentiunt*, et עֲנוֹנִים vocabantur in commate proxime praecedente, IES. LXI, 1. mox (v. 2.) appellati; oppos. רְפַלְל, cum antithesi עֲנוֹנִים l. עֲנוֹנִים, (nam utrumque legitur, *Kri* et *Cthibh*.) et synon. PROV. XVI, 19. דְּכָא וְשְׁפֵל רוח contritus et humiliis *animo*, i. e. humilitatem suam fracto ac paene contrito *animo* [sunt enim et συντετριμμένοι τὴν ἡρεδίαν. Ergo etiam MATTH. V, 3. in oratione ad genus dicendi *sententiosum* pertinente, atque identidem ad inhaerentes memoriae populi sententias prophetarum psalmorumque ac proverbiorum respiciente, verba CHRISTI ex natura acute dictorum *apophthegmatica*, non ex frigidis grammaticorum aut dialecticorum centonibus

interpretanda. Notetur autem *vis sententiae* propter capitum nostri *versiculos* 15. et 21.

v. 7. — Et reges in folio quod attinet, hos facit sedere *rell.* seu, per chaldaicnum implicata constructione, (ut IES. XLIX, 6. לְהַשִּׁיב) Et reges in throno sedere facit. נָבָע pro נָבָע; (*Exercit. in IOB.* §. 14. not. b.) vel etiam: Reges throno [destinat], eosque continuo sedere [in throno] jubet: — ut in altum evehantur. (Kal in verbis neutris בָּנוֹת סָרֵךְ caet. saepe pro Hophal.)

v. 8 — Funibus (vinculis) afflictionis capiuntur.

v. 9. — Indicare vult eis facinus ab ipsis perpetratum et delicta ab illis commissa. — Ab ingravescendo aut praevalendo dicitur *arrogantia*, in primis contra *DEVIM* sese efferentium. XV, 25.

v. 10. — Submonet eos ad correctionem. Conf. v. 15. et refer ad locum parallelum XXXIII, 16. Atque hinc intellige *versiculum* mox explicandum 16. — אמר ar. (unde *Emir*,) et non raro hebr. *principere*.

v. 11. — perficiens dies, [divinitus annumeratos, ps. CXXXIX, 16.] i. e. plenum spatium vitae per naturam ipsis destinatum emetientur, laetis rebus fruentes; annos inter amoenitates transigent.

v. 12. — Telum [Mortis], v. ad XXXIII, 18. (Ad tela Mortis improvisa v. c. *apoplexia* et alii casus huic similes referendi.) — Nec opinato; v. ad XXXV, 16.

v. 13. — חֲנִכָּת (v. ad XXXIV, 30.) h. l. *animo* [vid. ad v. 5.] fluuntur; adjectivum participiale; vel ipsum *participium* chaldaizans, hebraicis haud infrequens. — Iram instruunt contra Eum. שָׂרֵךְ et שָׂרֵךְ נָבָע, instruere (aciem, aggerem, caet.) disponere (exercitum) contra (urbem); I REG. XX, 12. h. l. exacerbantur contra *DEVIM*. LXX ταξιδεύοντες [voce militari] θυμόν.

v. 14. — Moritur anima eorum, moriuntur; — כְּנָשָׁר XXXIII, 25. — Scorta mascula Adonidi (Baalo) devota, [sacra,] cinaedi; ad significantiam pestilentissimam floris *juvenilis* subito marcescentis tabem.

v. 15.

v. 15. — Liberat *supplicem* in afflictione ejus. יְנַפֵּע, h. l. pro יְנַפֵּע; vide loc. PROVERB. ad v. 5. laudatum, ubi in *Kri* et *Cthibh* promiscue: ex נָפָע, pro יְנַפֵּע, ar. humiliis ac *supplex* fuit. (Hinc dictum XXXIII, 26. et noster locus se invicem collustrant.) Notetur propter v. 21. et comparentur observata ad vers. 5. — Et submonet (v. 10.) eos in rerum angustia, sub *pressura*. — Iterum fine carminis digna sententia prodit, subsequensque in verbis proximis *alloquium* vim cantici ad IOBVM expresse applicans confirmat, sermonem jam ab ipso Oratore exceptum iri.

v. 16. — vid. ad vers. 10. — *Atque te etiam incitare* (instigare) voluit. Ita bono sensu vocabula simillima. HEBR. X, 24. παροξυσμὸς ἀγάπης καὶ παλῶν ἔργων. ROM. XI, 11. 14. παρεγγέλουν. Non exasperare te, sed stimulare animum tuum voluit. — מִכְבֵּר, quemadmodum CIC. pro ARCH. c. II. Vrbem Cyzicenorum ejusdem consilio ex omni impietu regio ac totius belli Ore ac Faucibus eruptam esse atque servatam. Ex angustiae (periculi) faucibus [repto tibi obtinget] latitudo (status felicior); non coarctatio [succeder] in locum ejus. — Ejus rei, תְּחִתִּיה, fem, pro neutr. (vid. ad XXXV, 13.) nam רֹחֶב masc. sed ad totum sermonem longamque calamitatum seriem remittit cogitationem ista generis enallage in suffixo pronominali obvia. — A latitudine et campo patente, liberationem, auxilium, salutem, felicitatem in *pressura* aut carcere vitam degentium dici, notum est; maxime in verbo דָוְשִׁיעַ ex עַשְׂרֵה, pro עַשְׂרֵה, ar. spatosus fuit; item in תְּחִתִּה aperire, ar. (interdum et hebr.) opem ferre. (LXX IES. LI, 14. תְּחִתִּה, [MARC. VII, 34.] σώζετθαι) — — Et requies [tibi obtinget]; ἀνάπαυσις, 2 THESS. I, 7. — Mensa tua (pinguedine) cibis delicatis [iterum] repleta erit. — — Ergo omnino in hac vita meliorem sortem illum sperare jubet, sed rationibus certioribus quam quibus triumviri isti idem polliciti erant. Hinc itaque locum XXXIII, 29. 30. illustrari oportet; et concinnitas argumentorum salva est!

v. 17. — Quemadmodum מִשְׁפָּט jus, decretum summi Iudicis, decreta providentiae, [IES. XXVI, 9.] fata hominum, fors; sic יְדֵי ar.

*ar.*, ritus, consuetudo, mores, *status*, via, decretum. — *Plenam impiis* fortē ex decreto summi rerum humanarum Arbitri sortitus es: *jus et judicium obtinebunt [locum suum]*; *תְּמִימָנוּ* e. g. fortē (Ps. XVI, 5.) *apprehendere, capere.* (Aut *וַיְהִי מִימָנוּ* retinebuntur; sed hoc frigidum!) LXX, *οὐχ ὑσερήσει*, non deficiet. *Vulg.* Caussa tua quasi impii judicata est, caussam judiciumque recipies. (Legisse *וַיְהִי מִימָנוּ* Niph. et suppleuisse *a te* videtur: *a te recipientur caussa et judicium.*) Rem ipsam dilucidat locus XXXIV, 14.

v. 18. — Verum ira [Numinis irati instat]! LXX, *Θυμὸς εἰπεὶς οὐξεῖς*, (MS. Alex.) l. *εἰπεῖς* (MS. Vatican.) ira veniet super improbos. Conf. IOB. XIX, 29. — Ne forte DEVS te incitari patiatur; vel potius impersonaliter: [ne quis te incitet:] *ne forte (ad peccatum) inciteris*, [de *חַסְדָּתֶךָ*, sensu aliquantulum deflexo, vid. ad v. 16.] — dum tibi *plaudis*, (in plausu, l. ne forte applausu *infigeris*,) *פָּשׁוּשׁ*. *שׁ* (ut interdum) pro *ס*; etiam *ar.* *פָּשׁוּשׁ* percussit, quae significatio hebraeis quoque in *פָּשׁוּשׁ* frequens [ut supra XXXIV, 26.] comprobatur, recte in hoc verbo *שׁ* cum *ס* comparari.

Quae nunc sequitur *sententia maxime memorabilis*, verbotenus sic vertenda erit: *Et ne AMPLITUDO* \*) [Ps. XXXVII, 11.] *LYTRI te* (*a recta via*) *deflectat!* — i. e. deflectendi occasionem *praebeat*. [Sic ACT, I, 18. IAC. V, 20. IOB. XXXV, 15. Iudas pro pecunia scelere parta agrum *emisse*, Dux alterius in viam salutis agminī criminum divinitus huic condonatorum *tegmen obduxisse*, Ira non poenas *infigere*; sic porro Pilatus variis linguis titulos crucis *scripsisse*, et DEVS Pharaonem *indurasse*, Davidem *instigasse* dicitur; ad ostendendas *caussas*, non efficientes, sed *occasionales, impulsivas, motivas*, vel meram *permissionem.*] — *נְתַתָּה*, ad analogiam vocis *וַיְלֹעַ*, [*ar. inclinare,*] simpliciter, *a recto declinare*,

\*) Sive in notione *multitudinis* subsitas: *multitudo pretii pro redemptione solvendi; multitudo pecuniarum, seu qualiumcunque rerum pro redemptione solvendarum; sacrificiorum multitudo*, e. i. g. a.

nare, e. g. XXIII, 11. (quoniam ibi יְהָוָה praecedit,) et EZECH. IX, 9. in nomine מִתְחָדָה declinatio, i. pravitas. — Scio objici posse, quod de muneribus, quibus aut judex aut testis corruptitur, hocce verbum usurpetur; [EXOD. XXXIII, 6. 2. postremo loco elliptice:] sed proprio suo nomine ista ad corruptendos animos tendentia dona כַּפֵּר שׁ [ib. v. 8.] vocantur. Et quoniam in verbo כַּפֵּר GEN. XXXII, 21. (cum voce מִנְחָה, donum, coniunctio) talis notio inesse ad primum adspectum videri queat versionem LVTHERI legentibus: „Ich will ihn versöhnen mit dem Geschenk;“ hebraica phrasis est: אֶכְפֵּרְתָּה פָנָיו, oculos ejus munere [tanquam pice \*) obducta] obliniam; ubi de favore alioqui *justo* et amore *fraterno* reconciliando *inimicumque* beneficiis [PROV. XXV, 21. ROM. XII, 21. MATTH. XVIII, 15.] sibi devinciendi studio honesto, neutiquam de corruptionum muneribus sermo est: neque hanc postremam vim nomini כַּפֵּר competere ullo exemplo monstratum iri vel quovis pignore contenderim. Nexus autem orationis ne mente quidem fingendi materiem suppeditat, quo consilio munera ad corruptendum virum divitiis abundantem data commemorari potuissent nostro loco; nisi quis forte ex proxime subsequentibus, secundum interpretationem LVTHERI (parum firmam), antithesin ironicam, „DEV Mne IOBVS putet muneribus corruptum iri?“ urgere velit: „Meineß du, daß er deine Gewalt achte, oder Gold; oder irgend eine Stärke, oder Vermögen \*\*).“

Itaque nihil jam reliquum esse arbitror, quam ut ex ipsius ELIAE nostri verbis, maximeque IOBI propriis sermonibus, ad quos ille identidem respicit, locum luculentissimum et per se (nisi nebulae extrinsecus offundatur) satis perspicuum explicemus; nempe ex XXXIII, 24. coll. XIX, 25. 27. Ex quo enim mortis Audorem a Sobole per feminam procreanda post inflatum insidioso vulnus destructum iri audierant homines primaevi, ipso Iudice sententiam in deceptos mitiorem, severiorem in Homicidam ferent;

\*) כַּפֵּר pix, et arab. et hebr.

\*\*) De loco PSALM. XLIX, 8. vid. Exercit. ad IOB. XIX, 25. pag. 29. sq.

te; statim abhinc primus generis nostri parens *cum bono omne uxorem*, quam damni illati accusaverat, gentis, non ad mortem, sed ad vitam defilatae genitricem compellare coepit: et quum *Vindicis opem Habelus*, a fratre trucidatus, auxilium DEI sui, imploraret, jam tum quidem moribundi in *DEO* vitae humanae conservatore [IOB. VII, 20.] sibi confidentis preces exaudivit ipse *DEVS*, et [dicti a maculandis sanguine \*) manibus] GOELIS partes suscepit. GEN. IV, 10. coll. IOB. XVI, 18. (19.) IES. XXVI, 21. Quae notio (ut ut umbris suis obvoluta) quam fuerit antiqua, et quam arcta cum religione patriarchali, cuius semina continet liber IOBI, concreverit, vel ex GEN. XLVIII, 15. sq. [vid. Exerc. in IOB. p. 112. sq.] appareat. Quare libere fateor, nec me pudebit confessionis! [ROM. I, 16. ACT. X, 43.] — per rationes historicas grammaticasque me non posse non REDEMTOREM humani generis nostro quoque loco agnoscere.

v. 19. — Numquid quiritatio tua instruet? [XXXIII, 5.] meliores humanas ordine disponet? ordinem novum introducer? Non satis ardui sunt universi potentes viribus; vel potentissimis nimis hoc arduum foret. Litteras sic jungendas et pronuntiandas credo: **לֹא בָצַר כִּי**. Nempe ab altitudine [בָצָר de altis moenibus, rebus arduis; et Niph. nimis arduum si difficile esse; arab. conj. 3. ex alto prospexit;] conatus difficiliore dicti. Ad litteram: Non satis alti sunt (ad disponendum de ordine mundi) potentissimi terrarum domini. — *Viribus praepotentes*, PROV. XXIV, 5. [ubi Pi. cuius formae puncta nostro eriam, fortasse loco substituenda videntur.]

v. 20. — Ne anheles! noli anhelare noctem! [ganze Nächte durchfuszen,] ut [tua causa] loco suo emigrent [proficiscantur] populi.

v. 21. — Cave, ne te vertas [VULG. declines] ad iniuritatem, quum exsultantis ingenii feroce impetus praetuleris submissioni animi, quam jure suo *DEVS* ab hominibus poscit. (Si elegeris exsultantium prae sub.

\*) Vid. Annotat. ad IES. LXIII, 1—6. fascicul. II. Chilonii 1777. ad comm. 3. pag. 20. Adde IES. LIX, 3.

submissione.) De facilitiori vocabulo עִזָּה primum referam lectores ad observata in *versiculum 15.* Tum vel ipsa antithesis suadet voculas mente cassas וְזַהֲי in unam vocem עִלְזָה [ad formam נֶכֶת, ערמָה, caet.] contrahendas esse; ut sit synonymon רֹעֵן et עִלְעָן non nisi pronunciatione differre constat,] quo nomine pariter in oppositione ad עִזָּה usi sunt hebraei, HABAC. IV, 14. Nec vero solos laetitiae excessus, sed omnem animi exsultantis impetum \*) verbo עִזָּה significari, ex arabica dialecto colligi licet, ubi עִזָּה, c. Se, denotat: (avidum esse,) prae aegritudine corporis animive inquietum et impatientem esse. (CASTELL. addit: quietis impatientem esse.) En tibi depictum verissimis coloribus mentis habitum 1081, quippe tam corpore quam animo aegrum se sentientis, hincque impatientioris et inquietioris, quam conveniret promissam suppliebus clementiam Numinis sibi vindicare cupienti.

v. 24. — תְּחִזֵּר, c. Sse, ar. conj. 2. scrutari, veritatem excutere, veram sententiam [e. g. Corani] eruere studere. Opus DEI, quod scrutantur (cujusve veras rationes penetrare student) homines.

v. 25. — Opus, quod cuncti admirantur, [v. ad XXXIII, 28.] quod homo e longinquo prospicit. (KOHEL. III, 11. Evolutiones naturae indidit animo humano, i. e. insitam habemus menti nostrae rationem, qua rerum sibi succendentium ordinem prospicimus.)

v. 27. — Tonitru e loginquo admurmurans animum loquentis sensim in altum extollit, jamque sublimior oratio, philosophiae naturalis [v. c. PROV. VIII. conspicuae] plena, ad genus dicendi poeticum quam proxime accedit. Gravis, tamque augusto spectaculo digna, praeparatio ad mox describendum adventum DEI, non litis socium, ut inter pares, [XXXIV, 23.] aut disputationis arbitrum, sed Iudicem aequissimum Dominiunque universi clementissimum agentis. — Minuit (subtrahit, imminuit)

gut-

\*) Igitur Part. I. hujus scripti pag. 18. pro exsultantis laetitiae motibus nunc repono: exsultantis animi motus.

guttulas aquarum; *minutas reddit;* [verdünnen;] ar. גַּרְעֵל sorbere (aquam); chald. sanguinem (venae sectione) detrahere et imminuere. — Quum [DEVS] aquae guttas in vapores minutos resolvit, tum liquant (guttae illae in minutas resolutae) pluviam in nebulam suam, l. in vaporē suum. *Suis* pluviae vapor tribuitur, ad indicandum *ortum* pluviae ex vaporibus condensatis; quemadmodum homo dicitur reverti in pulvrem suum. ps. CXLVI, 4. vid. not. ad vers. sq.

v. 28. — *Quae* (guttulae in minutas solutae) defluunt ex nubibus \*), destillant in hominem *litigantem* (cum creatore suo, ROM. II, 8. IES. XLV, 9.)! Eodem consilio XXXVIII, 7. festivae grati animi exultationes omnium creaturarum per immensū naturae ambitum describuntur, (jubila liberorum DEI,) de tam *benigno* parente sibi invicem congratulantium. Illustranda sententia ex MATTH. V, 45. *Beneficia* opprobriis rependi, nefandum crimen! רְבָה antithesis efficit ad praecedens v. 24. מִכְבֵּיר חַשְׁגִּיאָה, et inox subsequentem v. 31. vocem.

v. 29. — Ergone etiam intelligit homo, qui item intendere audet sapientissimo rerum humanarum dispensatori, dimensionum caeli rationes? quanto minus e. s. p. — Expansiones nubium, strepitus tugurii DEI. ps. XVIII, 12.

v. 30. — Sic latini montium radices; fundamenta. v. Excerit. ad IOE. XIX, 28. (*Fundamentum Religionis in me deprehenditur; Articulum Religionis fundamentalem de iudicio in altera vita expectanda firme teneo.*)

v. 31. — v. ad vers. 28. — Forma infinitivi per מ ex chaldaismo vel syriasmō: *ad magnificandum!* ad magnificandam *sapientiam* suam *bonitate temperatam* \*\*), qualem *iusitiae* notionem in lingua sacra praevalere constat inter omnes. כָּבֵר, ar. 4 conj. *magnificare*. [Synonym DAN. IX, 27. הַגְּבִירָה; utrumque a magnitudine, amplitudine.] — Possit etiam *participio* vertere: *Cibum præbet magnificanti, beneficia di-*

*vina*

\*) פְּתַנְשׁ, ab attenuatis *pulvisculis* derivata vox aptissime quadrat in descriptionem praecedentis commatis *physicam*.

\*\*) v. XXXVII, 23.

vina praedicanti, gratias humili animo agenti. Sed quia ingratos etiam aquis pluvialibus irrigari observaverat, minus hoc concinne dictum fore crediderim.

v. 32. — Verba tegendi c. לְבָנָה, Ambas manus operit luce. — Pro עַלְהָה codd. Kennic. 6 vel 7 masc. עַלְוִי, sc. אֹר, quam lectionem praefero. צוֹת c. עַל, injungere alicui officium: Mandata dat fulmini contra illum, qui contraire audet. Etsi plerumque c. בָּן, bono sensu, precibus interpositis punituro contraire, intercedere; et, in opem advenire, IEK, XV, 11. tamen in Kal, pariter cum בָּן, utrumque, et hostilem animum et amicum adventum denotat.

v. 33. — Indicat ei amicum suum; עַל pro לְבָנָה, v. Exerc. ad 108. §. 14. b. — Amicum suum, ira incensum contra pravitatem. Ex pluribus interpretationibus conflata catena TARG. CHALD. binis glossis repetit vocem קְנָהָה; ergo סְכָנָה c. נ legisse appareret: pronuntiandum סְכָנָה; ar. rubere, unde etiam ira hebr. — עַזְלָה pronuntiarunt LXX, SYR, et [hypocritas versione sua exprimens] ARABS.

XXXVII, 2. — הַגָּה halitus.

v. 4. — בְּקָעֵם, ar. procrastinavit; ergo cum chald. עַכְבָּה Pa. tardare, morari, comparandum.

v. 7. — EPHES. II, 10. (ps. LI, 12.) Sensus ex XXXVI, 33<sup>o</sup> coll. 32. explicandus.

v. 9. — Post pluviam turbo venit. רֹחֶם, ar. pluvia, GOL. ex GIEVHAR. it. CASTELL. — et post dispergentes [fulgura scintillantia] sc. NVBES, (v. 11.) frigus (venit).

v. 10. — Ab halitu DEI concrescit glacies. רֹחֶם, ar. (sec. regul.) גָּזָה, conj. 3. affixus haesit. (Ergo, affixa haeret glacies.)

v. 11. — רֹחֶם proprium grandinis caelo dejectae vocabulum, e. g. AR. IOS. X, 11. Dejecit (רֹחֶם) DEVS super eos lapides GRANDINIS

(בר) de caelo ut morerentur. Itaque, quum in codice MS Rabb. Me-nahem. A: C. 1296. (*Kennic.* cod. 76. qui codex varietates lectionum plures continere dicitur,) vox בָּרִי omissa sit, lectionis variae suspicio indicari videtur; et vero levissima statuitur mutatio, si ex oblitterato נ (daleth) ortum י (jod) conjecteris: בְּרִי.

v. 12. — מַחֲפֵךְ, vocabulum fulminis vibrantis proprium; GEN. III, 24. — תְּחִכּוֹלֹת, vulg. Quocunque eas voluntas gubernantis duxerit. SYMMACH. ἐν τῇ κυβερνήσει \*) αὐτῷ εἰς τὸ ἐγκλησθέα αὐτῷ. AQVIL. ἐν οἰκάσει, in gubernatione. — ■■■■■, (infin. ad perpetrare ea, sc. fulgur et grandinem,) ut (fulmen et grando) perpetrent caet. — אֶרְצָה, pro, הַהְרָץ, v. ad XXXIV, 13.

v. 13. — חַשֵּׁךְ, ar. (שׁ pro ס sec. reg.) agmen; seu, ut ex GIGG. ap. CASTELL. multitudo virorum: ut in verbo, convenire, congregare. — Fulmen DEVS ita dirigit, ut perveniat ad eum locum, quo intendebat. מַתָּה, chald. pervenire; ita מצא (invenire) pertingere; (vicinum esse, PROV. VIII, 12.) et de ferro aliquem feriente, DEVT. XIX, 5.

v. 16. — Librationes. — Res non satis mirandas! — Perfectissimus scientiis [horum mirabilium auctor]!

v. 21. — בָּהָר syr. de colorum varietate, de auroram circumfundentibus coloribus. Ar. splendore praecellere, qualis v. c. luna inter sidera minora.

v. 22. — Circum (לְ) DEV M tremendum [est] Splendor!

v. 23. — Quod attinet Altissimum, Eum (homines) non invenient. [v. ad vers. 13.] — Magnus est (praevaler) potentia, et justitia, et clementiae amplitudine. Non opprimet! [v. XXXIV, 12. coll. 17. et ad postremum locum in verbo הַבָּשׂ observata.]

v. 24. — Qui sibi sapientes videntur, v. ad XXXVI, 5. de voce בָּבָר. — Pro יְרָאָה legendum esse: יְרָאָה; commonstravi Part. I. hujus commentationis, in nota sub finem adjecta, pag. 21. — Conferantur εἰκόναις πολλαὶ τοῦ ΣΥΡΙΟΥ (εἰκ.) σημεῖα. X. εοί jam \*) PROV. I, 5. 6. κυβερνήσει. vulg. gubernacula.

jam in hoc posteriori nostro schediasmate verba ultima expositionis argumentorum Eliae Busitae: „ita ut vana fuerit spes de spectando Numine confidentium, nisi animo submissō ad Ejus clementiam confugiant. — Itaque XLII, 5. verba Iobi: „atque IAM \*) oculus meus TE videt;“ admirationem rei novae parumque ab ipso antea exspectatae produnt: igitur perferam ex hoc animi perculsi sermone religiosa \*\*) illa DEI spectandi Fiducia, quam XIX, 26. 27. renes suos intime penetrasse ac paene desiderio confecisse proficitur, explicaretur!

\*) Non negligenda vis particulae נערת.

\*\*) v. ad XXXVI, 30.

P. P.

ROSTOCHII D. III APRILIS C<sup>1</sup>CC<sup>1</sup>CC<sup>1</sup>X<sup>c</sup>.



• aqabegi emili adiuu emmatael. qibla habsch. wodt al pte  
• qimma. qimma ab al qibla. al qibla. qimma. qimma  
• erdes — Israfil. emilia. qimma. qimma. qimma. qimma.  
• qimma. qimma. qimma. qimma. qimma. qimma. qimma. qimma.  
• qimma. qimma. qimma. qimma. qimma. qimma. qimma. qimma.  
• qimma. qimma. qimma. qimma. qimma. qimma. qimma. qimma.  
• qimma. qimma. qimma. qimma. qimma. qimma. qimma. qimma.

• lot. IVKXX 16. v. \*\*

• ROSTCCHI II III ARIEIS CLOPCCOC

• VIII. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1.

• A.A.



Fd 3348

ULB Halle  
002 500 558

3



f

56.

Mt.



B.I.G.

Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Farbkarte #13																				
Blue																				
Cyan																				
Green																				
Yellow																				
Red																				
Magenta																				
White																				
3/Color																				
Black																				

26.  
25.

MORIAM  
RECTIIONIS  
OSTRI AC SERVATORIS  
**CHRISTI**  
TEQVE CELEBRANDAM

INDICIT  
AE ROSTOCHIENSIS  
INSTAVRATIONE PRIMO  
RECTOR  
ASPARVS VELTHVSEN.

AEMISSA EST  
IELIAE BVSITAE  
OSIS ANTIQVISSIMIS INTERTEXTORVM  
CAPP. XXXII—XXXVII  
ARS ALTERA  
M HERMENEVTICVM CONTINET.



ata

OSTOCHII,  
IS ADLERIANIS.